

Bernhard Hederich


Ad Reverendiss. Et Illustriss. Principem Ac Dominvm, DN. Vdalricvm Dioecesis Sverinensis Administratorem, Ducem Megapolensem etc. Illustrissimæ principis ac Dominæ Dn. Elisabethæ, Sereniss. Daniae Regis Friderici primi F. coniugis suæ mortem acerbißimè mœrentem Lvctvs Et Consolatio Reuerendi collegij, suæ in Administratorem pietatis testimonio

Rostochii: Myliander, 1586

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn898495520>

Druck Freier  Zugang





Elisabetha, Friderici I. Danorum Regis filia, eiusq. coniugis Soper
Principis Tomer. uxor Ducis Ulrici Megap. prima.
nata ao. 1524.
obit d. 15. Oct. 1586.

Sophia, filia Ducis Ulrici Megap. eiusq. coniugis primae, Elisab
thae, filiae Friderici I. Danorum Regis.
uxor, et deinde vidua Friderici II. Regis Danicae.
nata ao. 1557.
obit ao. 1631.

Nettelbladt (Henr.) in Succinct. notit. scriptor. Ducat. Megap. p. 52 - 54.
it. p. 54. 89.

MR - 1434² - 10

40
/

70

4.

8.

A D

REVERENDISS. ET ILLUSTRISS.
PRINCIPEM AC DOMINVM,

DN. VDALRICVM
DIOECESIS SVBRINENSIS AD-
ministratorem, Ducem Megapolensem etc.

Illustrissimæ principis ac Dominae,

DN. ELISABETHÆ,
SERENISS. DANIAE REGIS FRI-
DERICI primi F. coniugis suæ mor-
tem acerbissimè morientem

LVCTVS ET CONSOLATIO
*Reuerendi collegij, suæ in Administra-
torem pietatis testimonio.*

Hiederich



ROSTOCHII
Typis Myliandrinis.

ANNO
CIC IO XXCVI.

18



4.

SVERINE ET VARN
NEIS ET VTRIVSOVE
PATER VARNVS

colloquantur.

SVERINE. Eheu mihi miseræ, quid hæc
modo insolens
Et sæua subito surgit altis à vadis
Furitq; tempestas tumentis æquoris?
Vastisq; stagna refusa fluctibus æstuant?
Terrasq; præcipite ruentes turbine
Vnâ Notus, Zephyrusq; quassant, ceu suis
Euulsa disiecturi ab omnia sedibus?
Quam timeo, funesti quid hæc nobis mali
Coelo ferant, luctumq; portendant nouum.
Varneidem sed ecce, germanam meam
Video sororem, patre Varno, fluminum
Amænitate haud vltimo, satam; suis
Quà fertiles latè irrigat agros fontibus
Castri, dedit quod Episcopis antiquitus
Sedem, Suerini sacra conficientibus,
Nomenq; ab incolis habet Butsouium.
Vili illa, & atrâ veste amicta; pendulis
Vittisq; squalida lugubri incedit gradu.
Accedam, & alloquar. Soror saluæ mea.
Quid tristiores video te, lætam magis
Quam semper agnoui, magisq; amabilem
Vultuq; & habitu, quàm sorores cæteras?
Ecquid taces? lacrymas quis excutit dolor

Tibi,

Tibi, soror? quæ cura cor tuum coquit,
 Misera mæq; luctu sic facit tabescere?
VAR. Queris, soror mihi omnium optatissima
 Quid tristior videar tibi? quid lacrymem?
 Heu fata acerba, heu luctuosa tempora,
SVER. Sic sunt, soror: suntq; omnibus communia
 Quocunq; vultum vertis, aut moues pedem.
VAR. Doleo nihil, queror nihil, nihil fleo,
 Commune quod mihi malum cum cæteris,
 Priuata sunt, nostrisq; sola fontibus
 Acerba, nostris calamitosaq; riuulis.
SVER. Deus omen auertat. tuam obsecro sed fidem.
 Quid istud est mali noui? *VAR.* Occidit, occidit
 Illustre matronarum, & inelytum decus:
 Quale aliud haud hoc Balthici totum maris
 Vltro citroq; littus habuit, neue habet
 Elisa, *SVER.* Elisam tu mihi dicis, chori
 Nostri columen? *VAR.* Eam. *SVER.* Ducis, torui bouis
 Caput gerentis atq; gryphem, coniugem?
VAR. Eam inquam, *SVER.* iò, iò. genua miseræ mihi
 Mihi labant, corpusq; frigore soluitur.
 Hoc hoc malum illud est, quod animus tristior
 Nuper mihi præfagiebat turbidis:
 Passim, furentibusq; tempestatibus.
 Heu cladem iniquam acerbaq; nimium ratis
 Naufragia, cuius in salute plurimum
 Atq; incolumitate omnis & spes, & salus
 Nostra omnium, tutâ velut sub clasium
 Statione fortunas fouebat, atq; opes
 Suas, nec amplas, nec superbas, sed tamen
 Illis nec ingratas, quod est, quibus est satis.

O rapta

O rapta properato nimis mihi tempore,
 Serisq; digna annis, senectute & graui,
 Quæ fata te, quæ te necis vis improba
 Crudelibusq; sororibus crudelior,
 Telæ colusq; sunt quibus curæ, abstulit?
 Ergo tuo nunquam dehinc mea lumina
 Pascam ore? colloquijs fruar nec mutuis.

Quin vos sorores, quotquot estis, & suis
 Megalepolis latè colit stagnantibus
 Cum fontibus, cumq; annibus luctus date.
 Obscura nulli signa vestri: & pectora
 Percussa palmis tundite: & largissimis
 Genas rigate sinusq; lacrymarum imbribus.

At tu, soror, si fas, mihi breuibus explica
 Elisa quando nostra fato, & quo loco
 Quomodoq; concessit. *VAR:* nequeo nequeo soror,
 Præ lacrymis: nec nota sunt mihi singula.
VARVM ecce tibi, nostrum patrem, & dvbiè haud tuis
 Excitum ab vndis questibus muliebribus.
 Adest senex, *SVER.* ibo obuïam. Salue pater.
 Annis mihi non vise pluribus; & modò
 Quam vel velim squalentior & infirmior.
VARN. Vestris meæ gnatae, euocatus fletibus
 Adsum; recenti, si quid ipse modo mei
 Doloris ob sensum queo grauissimum,
 Opis aliquid laturus vltro vulneri.
SVER. facis piè, pater, benignè, & comiter.
 Animum soror miseræ mihi sic perculit
 Rumore funesto, vt tremore languida,
 Exanimis & metu, ac stupore vix satis
 Constem mihi. *VARN.* Sic est, Suerine. amissimus

3 A

Decus

ts

Decus alterum patrij soli, immo verius
Præmissimus decus alterum. *SVER.* intra concidit
Num regna sua? *VARN.* Non, finibus sed Cimbricis,
Et patrijs tamen, fretiq; angustijs
Modò terminatis vnus, tum perbreuis,
Vento secundo, emetiendis tempore. (queror
SVER. Doleo, pater. *VARN.* doles, quid? *SVER.* exterum
Fati vltimi locum. *VARN.* locum? *SVER.* Sic est, pater.
VARN. Inepta, *SVER.* fateor. *VARN.* num tibi discriminis
Quid in loco videtur homini, corporis
Vbiq; præsentis Dei quifilij
Membrum insolubile est? Cuiq; qualibet
Sub axe vtroq; regio patria est facens.
An tu aëris tractus putas sibi dispares?
Aliosq; abesse longius, alios minus
Polo, facilis animæ piæ est quæ transitus
Ad cœlites? *SVER.* At dulce apud suos mori.
VARN. Ergo omnium nostrum decus dulcissimè,
Inter mariti, interq; gnatae, & regij
Generi manus suum Deo à quo spiritum
Accepit, iterum reddidit: num quispiam
Suis magis, propinquus aut alius magis,
Tibi hisce, gnata? Adhæc, quid efficacius
Solatio humano potest accedere?
Quòd nec repente, sapius quod in viris
Summis, in infimisq; fit, nec longius
Affixa ceu thoro, dolores anxios
Inter (piorum qualis est vitæ exitus)
Inuita terras haud reliquit, nec suas,
Nec vsui aeterno datas mortalibus.
Quid? (nesciam, credo, licet), quàm consciam,
Habere

4.
Habere fratremfuneris comitem sui?
Fratrem ferocis imperantem Holfatiæ
Pugnacibus viris, Adolphum, Principem
Generosum, & inclytum? suæ quoq; ocyus
Ereptum acerbè patriæ, proli suæ
Impuberi: tibiq; magna spes domus,
Gentisq; princeps IAN E Meglaburgicæ:
Virtutis, & laudum paternarum æmule;
Et sponse, fatis opto mitioribus.

Quid ingemiscis, gnata mea, profundius?
SVER. Vulnus, pater, facis mihi recrudescere
Sortis misertæ iuuenis & boni & pi.

VARN. Sors hæc piorum est: & suas metas habet:
Et commodi est felix magistra vberrimi.

SVER. Mitto ista, sed (veniam roganti, oro, mihi
Da curiosius) quis obitus, die dies?

VARN. Quintus decimus, & mensis, est nomen cui

Octauo ab imbre; tertius verò luis

Morbi ve sol decimus: climacter arbitror

Ætatis, annus nempe nouies septimus.

Fausto quia omine, & secundis editam

Enixibus constat fatis vicesimo,

Quartoq; rugosi vltimiq; seculi.

Nihil ergo, naturam quod incuses, nihil

Quod fata culpes, gnata, habes. annis grauis,

Matura letho, digna vita cœlica

Viuít Deo, curas, & agritudines

Nobis relinquens, & labores improbos,

Vos hæc, beatam quæ polo vitam colit,

Exercet incassum. dolor me iustior

Patriæ in patrem, nuptæ suæ superstitem

Sollicitat, vrit, macerat, angit, enecat,
 Metusq; commouet; fuisse ne scelus
 Ob nostrum, & ipsum rumor euolet vagus.
 Ergo mihi gnata omnium dulcissimæ,
 Quod præcipio, memori tenete pectore:
 Idq; exequi actutum studete sedulo.
 Iuslis patrum parere, liberis decus
 Gemmaq; & auro, & ebore quouis pulchrius:
 Deoq; opima gratius quàm victima est,
 Quàm incensus aut adeps arietis suauius.
SVER. Quid id est? iube, manda, pater, vel præcipe.
 Bonis facilius nil obedientia est.
VARN. Vos, quâ stat ardua turribus celsis domus,
 Opesq; multa iactat arte regias,
 Aulamq; Dii fecere, domino haud disparem,
 Gressu, decet quo, non anhelò, nec nimis
 Lento ite; vultu, quem docet præsens dies.
 Et patre viso, dignitate corporis,
 Senioq; venerando Deo simili, viro:
 Ad eius abiectæ pedes, & supplices
 (Humanus est, affabilis, clemens, bonus)
 Solatio quæ sint, breuibus affamini:
 Antistitum dignissime, Patriæ pater,
 Princeps, benigne, Heros & illustrissime:
 Vrgere quid manes iuuat te lachrymis?
 Fatis reluctari quid immortalium?
 Nulliq; violandis temeriter legibus?
 Quassare quin parcis senectam questibus?
 Luctuq; vires molliores frangere?
 Non hæc tibi officiosa pietas in tuos,
 Nec amor maritalis, thoro ve debitus

Dolor

4.
Dolor. pius vis esse quando vni, caue
Crudelis in plures fueris, & impius.

Satis sibi coniunx, satisq; gloriae
Vixit, satuq; & stirpe clara regia,
Et prole fortunata, generoq; inclyto,
Binisq; nobilis thoris illustribus.

Ipsa at Deo vitam suam, Christo fidem,
Marito amorem comprobauit mutuum;
In patria ornanda suam prudentiam;
Pietatis ædibus in suæ studium sacris
Redintegrandis, atq; munificentiam:
Tuenda in æquitate, iure, legibus
Modumq; grauitatemq; tum constantiam:
Frugalitatem, parsimoniam, fidem
In oeconomicis rebus & negocijs.
Et quæ in mulierem augustam & integerrimam
His alia possunt decora cadere seculis:
Fastus, superbiæq; detestatio,
Veri studium, & amor, pudor, sollertia
Candorq; comitasq; & his affinia,
Quæ matris vt bonæ bonæ sunt filia.

Præterea alia quis vltimi actus temporis
(Qui, ceu dies peccata decretorij
Morborum, hominis infirmitates corrigit
Lapsusq; quales lubricæ sunt plurimi
Vitæ omnium) fuerit, tibi illustrissime
Et testis ipse, alijsq; referunt conscij.
Nihil illa rerum corporalium, nihil
Terrena quæ sunt, fluxaq; atq; hæredibus
Spem, vota, gaudium, odia, lites, iurgia
Atq; arma præbent sæpe, cædes & feras.

A,

Nihil.

Nihil, inquam, eorum cogitat, queritur nihil.
Animi quod excelsi simul, & Heroici:
Tantaq; in amplitudine est, splendoreq;
Tanto memoria, & laudibus dignissimum,
Solatiumq; in lucibus fortissimum.
Solutus Deus, solus Dei cum filius,
Tum veritas, promissio, clementia
Pectus regunt, linguam mouent, leuant manus,
Artusq; languida fouent, & spiritum
Tandem integris cum mente claudunt sensibus.

Et iam superstes parte meliori sui,
Terris relictis, lucidi limen poli
Obit aureum: cuiusq; facta coelites
Inter noua, Heroas videt laeta indyotos,
Illisq; visa interminata percipit
Nec mentis acie cognita vlli gaudia.

Hac, multaq; alia, quae vel ipsa dicitur
Sapiens tibi mens, vel senatus consiliu
Praelustris arcis cogita, pater inclyte,
Seruaq; te tibi; tuisq; subditis,
Et publicae paci, labanti & patriae:
Onusq; mente volue maius viribus
Senilibus, sociaq; quod fidissima
Dulci data est fomno, modo omne erit tuum.
Et quod tibi iam nunc proprius est qui dolor
Nimium queat lugendo fieri publicus.

Hac perferenda censui studio optimo,
Patriae patri, gnatae. Valete plurimum.

At tu, potestas omnium rerum DEVS,
Cuiq; aut suos tenuans dies, aut prorogans
Serua, dedisti quem, patrem Reipublicae,


Curisq;

4.
Curisq; squalentem malis, recenteq;
Ægrum ex dolore, & hactenus inexplebili
Luctu. Satis satis illa funere vnus
Concussa mœret, atq; plangit, nec sine,
Grauior doloris causa multo, & tristior
Funestet agros patrios, templa, & scholas.
Fac sospes ipse prole in vna sospite,
Generoq;, quas habet ægritudines, suo
Deponat omnes; & senectam molliter
Viridem modo, incuruam & grauem post transigat.

Reuerendi collegij iussu

BERNHARDVS HEDERICVS
ludi Suerinensic R.





Curisq



OR A
 Bey der Hoch
 ELIS
 Geborn aus Köt
 Demmemarcken
 ckelnburg etc.
 besätigu

N
 n Fürstin
 T H
 Stammen zu
 in zu Me
 n Reich
 n.



Sie die
 hen Hir
 vnd alle
 get/krafft
 ist ein lö
 der als

auff Erden / ware erkent
 schus der frommen / straff
 samen vnderthanen erhelt
 Landes höheste zier / werden

Ein Gottselige versten
 vnd gemahls trewe Gehül
 hat / der Kirchen vnd arm
 vnd gemeines Landes Mu
 halterin ist billich für das
 zuhalten / welchs auch wie d
 leuchtet / vnd allenthalben
 ihres herzklichsten Herrn
 gansen Landes Ehren

Die weil nu des Durch
 sten vnd Herrn / Herrn V

Sonne / am ho
 gen Welt Liecht ist /
 rin reget vnd bewes
 irkung gibet: Also
 licher Landesfürst /
 ld vnd Stadthalter
 Recht vnd Gericht /
 ied vnd Zucht / bey
 izet / seines gansen
 fter Landes Trost.

aber / die ires Herrn
 volfarth vor augen
 / der Vnderthanen
 gute fleissige Haus
 des Vatterlandes
 ne / in ihrem Lande
 t / vnd nicht allein
 s / sonder auch des

hochgebonden Für
 Herzogen zu Me
 ckeln

